

CAX 3.01.5

ANNÆ I 22 2

ROBERTI
AVRELIIC. CL.
RERVM IVDICATARVM.

LIBRI IIII.

RENOVATA EDITIO.

*Cui præter antea editam Capitum synopsis, accessit novus Re-
rum & Verborum INDEX per-utilis & copiosus nec
hactenus promulgatus, qui locorum communium instar esse
poterit in eisdem Roberti libros.*

num. 43.
Cap. 2
num. 12

AR 7-11



14886

GENEVE.

Apud SAMVELEM CRISPINVM.

M. DCXLV.

Libly theore. Pract. A. Andrea Garza, a Samoniz

oltras, acturus est propter cetera no



ANNAEI ROBERTI

AVRELIJ RERVM


Iudicatarum.

LIBER PRIMVS.

*Ad Illustriss. & Ornatiss. D. ACHILLEM HARLÆVM
Principem Senatus Francia.*



VI latentes & abditas rerum
naturalium causas inquirunt.
(HARLÆE Princeps Senatus)
fluminum perennes ortus fontiumq;
scaturigines Oceano referunt, inque
eodem Oceanum aquas refluere mi-
ratur, & naturali velut impetu remea-
re: Senatus cuius autoritate salus toti⁹
Franciæ publiciq; consilij dignitas cō-
tinetur, Oceani amplitudinē faciē m-
que vasti maris maiestate suā refert &
representat Senatus inuictam imperij
hujus fortunam in medio Gallia tu-
multuantis æstu jactatam sistit, nutā-



LEGITIMA PARENTIBVS

DEBITA PRÆFERTVR

Legatis in pias causas
factis.

CAPVT I.



ITIVS, cūm patrem supersti-
tem relinqueret, testamento
bona omnia partim Ecclesie,
partim pauperibus donat, &
legatis in pias causas factis om-
nem hereditatis sue sub-
stantiam profusa largitione
exhaurit. Titij pater legitimam sibi in bonis filij
deberi asserit, & legitimæ parenti debitæ nullum
fieri potuisse præjudicium contendit.

CONTRA PATREM. Magna est apud
probos piòsque homines piæ causæ commédatione
Magnum imminutæ charitatis & frigescentis
Christiani affectus argumentum, quoties legato-
rum in Ecclesiam & pauperes favor vllâ ciuilibus of-
ficij consideratione superatur. Quid enim laudabi-
lius, quidve magis Christianum quàm pietatem in
parentes pietate in Deum ac pauperes vinci & su-
perari? *Patrimonium Deo creditum* (inquit Diuus
Cyprianus) *nec Respublica eripit, nec fiscus inuadit,*
nec calūnia aliqua forensis euertit. In tuto hereditas
ponitur, que Deo custode seruatur. Hoc est oburis



ANNAEI ROBERTI

AVRELI RERVM

Iudicatarum.

Liber Secundus.

De consuetudinibus Franciæ: Et à quo tempore noua consuetudo vim & effectum habere incipiat.

CAPVT I.



REGIÆ constitutiones vim legis habere indubitati juris est. Quis enim sacras iussiones, edicta regia & Principum rescripta à subditis impunè contemni aut violati dixerit? Nam cum suprema legum

authoritas à Principe pendeat, jus summum, cui nulla lege derogari potest, edictis regijs continetur. Sed cum omnia Principalibus constitutionib. non fuissent definita, sunt quædam prouinciæ sub Francica ditione, velut Tholosana regio, Delphinatus, aliæque nonnullæ, quæ, aut ex speciali priuilegio, aut ex conuentione cum Regib. olim in ita ciuili Romanorum iure pro legibus vtuntur, & hæc quidem prouinciæ iuris scripti nuncupari solent. Verùm pleræque aliæ, & quidem potiores

*Novaviliq
e ferre me
viding, qm
legem*

ista municipibus videri solent supra ceteras omnes acceptissimæ, cum tolerabilius sit consuetudinis vinculo quam legum necessitate adstringi. Ratione si quis exquirat, Dionē Chrysostomum consulat, qui consuetudinē regię, legem tyrannicę comparat potestati. Quintilianus, *Quoties* (inquit) *de jure populi agitur apud populum cui mutare, cui abrogare, cui ferre quas velit leges, accipere quas velit rationes liceat, nūquam se ipse diminuet.* Nicetas historicus dum Christianos quosdam memorat, loquitur de vicininitatis usu Turcicis quibusdam institutis & legibus assuefactos: *Consuetudo* (inquit) *tempore confirmata rationē vincit & ipsā etiā religionem.* τῶν χρόνῳ κρείττω θὲν ἄλλος ἡμῶς καὶ θρησκείας ὅσῳ ἰσχυροτέρων. *Consuetudo* (inquit Tertullianus) *instituta ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita in usum per successionem corroboratur.* d. Agathias eleganter, *Εὐνοηλον μὲν ὅτι δὴ τῶν ἀνθρωπείων ἐθνῶν ὡς ἑμᾶς ὅν εἶχε ὅπως δὴ τῶν νόμων ἐκπλείσει νένηκκοτι ἐμῶσ τεύσσειν, τὸ τῶν δὴ ἀείσων ἠγῆν) καὶ θεασίσοι.* Consuetudinē itaque usus & communis incolarum cōsensus confirmavit. Quam dulce, quā gratū est voluntarię subijci necessitati, & illo juris vinculo adstringi, cujus cum aurores simus, puderet iniquitatem aut leuitatem accusare. At regia edicta non ratio, sed sola dominātis volūtas, justa sit, an injusta, sciat & moderatur. Hinc fit ut si quando contingat Imperialia rescripta legi municipali aduersari, dubium faciat Vlpian. quęnam potior haberi debeat, lexne municipalis, an regia & principalis constitutio. Itaq; eadem æquitatis ratione statutum est omnes, imò etiā pupillos furiosos, & quosvis alios provincia- li lege teneri. Quin & ipsis quoque judiciis seu de

a D. Chry-
sost. orat.
76.

b Suidas
in dicto

c Quint.
decl. 254.

d Nicetas
p. 19.

e Tertul-
li. de vir-
gin. velā-
dis in pri.

f Aga-
thias li. 2.

g l. 3. §. di-
nus ff de
sep. viola

h l. sine ho-
rede §. Lu-
cius, ff. de
adm. tut.

i l. 2. §. furio-
sus, de in-
re codicill.

k l. si. de de-
cretis ab
ord. faciē-
dis.